



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

II. Quod alterius parochianum itineris vel placiti causa recipere ad Missam  
liceat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

ANNO  
CHRISTI  
...  
m nun-  
ecclisia-  
robatum  
copatum  
ri. Idem  
s eiusle-  
Dano-  
concepit.  
in chro-  
e a Mo-  
ris vefi-  
beim &  
n, locus  
lcerima  
amber-  
Saxonia  
suepar-  
keno flu-  
quit Se-  
n. Peius  
malia, in  
ocat &  
henila-  
or aut  
ura vi-  
; 33, vbi  
ux dixi  
bus illis  
n auto-  
us, edi-  
o Italiz  
010.  
  
NSE.  
  
las qui-  
cedunt:  
non ac-  
s a pre-  
turpe-

- cata sua, & se reconciliari expo-  
scunt.
- V I. Ut pro sepultura nihil exige-  
tur, & ut in ecclesia nullus se-  
peliatur.
- V II. De clericis alterius parochia  
non ordinandis.
- VIII. Ut nullus presbyter plures  
ecclesiast habere presumat.
- IX. De eulogis populo dandis a  
presbytero.
- X. Ut de decimis quatuor fiant por-  
tiones.
- XI. De examinandis iis qui sacros  
ordines accepturi sunt.
- XII. De pœnitentia adulterii.

- XIII. De pœnitentia fornicationis.
- XIV. De pœnitentia eorum, quo-  
rum alter est coniugatus.
- XV. De quibusdam confraternita-  
tibus.
- XVI. Ecclesia vacans non est per  
ambitionem petenda.
- XVII. De pœnitentia homicidii vo-  
luntarii.
- XVIII. De pœnitentia eius qui non  
volens fecerit homicidium.
- XIX. Ne femina publicis conuenti-  
bus ac placitis se immisceant.
- XX. De quodam cultu superstitio-  
so abolendo.

## CANONES.

## I.

**V**T dominicis & festis diebus presbyteri, ante-  
quam Missas celebrent, plebem interrogent,  
si alterius parochianus in ecclesia sit, qui proprio  
contempto presbytero ibi Missam velit audire.  
Quem si inuenerint, statim ab ecclesia eiiciant, &  
ad suam parochiam redire compellant. Similiter  
interrogent, si aliqui discordantes sint, qui inter-  
se litem implacabilem habeant. Et si inuenti fue-  
rint, statim reconcilientur. Quod si renuerint pa-  
cem suscipere, ab ecclesia eiiciantur, vsquequo ad  
caritatem redeant. Non enim possumus munus vel  
oblationem ad altare offerre, donec prius fratri re-  
conciliemur. His ita peractis, sacerdotes Mis-  
sorum solennia rite peragant.

## II.

Vt nullus presbyter alterius parochianum, nisi  
in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, ad Mis-  
sam recipiat.

Qqqq iij

